



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annus Cisterciensis


In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

Meglinger, Joseph

[S.l.], Anno MDCLXXXIII.

16. Octobris. 16. Cal. Novemb.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45314



Obijt
anno
1241.

16. Octobris. 16. Cal. Novemb.

B. ELISABETH, Abbatisa Hovenensis: quæ in primordiis vitæ monasticæ cœlesti donata robore impofuras dæmonum tam viriliter representisti, ut illi virilem mentienti speciem, sonantem alapam infixeris: qualem *Alapam* *dæmoni* *infigit.* ne denuo devorare cogeretur, te resupinam per scalam egit præcipitem. Minis tamen, quas illi sine læsione assurgens, intentasti, adeò territus est, ut deinceps emanferit iners strategus, Virgunculæ manu fufum se silentio fassus. Gloriosæ victoriæ applausere cœlestes genii per vitæ decursum & maximè in extremis familiares, cum nempe fuerunt comites animæ ad gloriam sempiternam evolanti. *Vires tu mihi dona & virilem dexteram, quâ suggestiones venenati serpentis eludam, contemnam & gloriosè pervincam.*

Obijt
anno
1163.


B. BALDUINE Archiepiscopo Cantuariensis; qui pauperum parentum inopiam tua industria supplens, ope Bartholomæi Episcopi Oxoniensis nobilem in te genium admirantis, felicissimo cursu artium liberalium palæstram superasti. Celebrem profectum excepit Archidiaconi dignitas: in qua

in qua cum tibi minus, quam mundo placuisses, in Monasterio Fordensi cum Ascetis Cisterciensibus Sapientiae celesti operam dedisti, quam recte in Indu-
 sola humilitate radicatum esse nove-^{stria so-}
 ras. Sed ibi ex infimo gradu ad supre-^{la pro-}
 mum promotus Abbas, mox Wigor-^{move-}
 niensis Episcopus, denique primas In-^{tur,}
 sulæ Cantuariensis Archiepiscopus,
 tot honores non humano favori, sed
 virtutibus debebas, præsertim disertæ ^{maxi-}
 ad miraculum facundiae: cujus vires ^{mè elo-}
 tum maximè enituerunt, cum ad fe-^{quen-}
 rendam laboranti Palæstinæ opem ^{tiâ.}
 Anglos Hybernósque erexisti. Quin
 & ipsemet ex propriis facultatibus ^{In Pa-}
 conscripto milite non pauca de hosti ^{laestina}
 bus trophæa retulisses, nisi cum totius ^{ducit e-}
 Christiani exercitus gravissimo luctu ^{xercitiū}
 victoriæ cursum mors intercepisset.
 Etiam mihi expugnanda est felicissima il-
 la Palæstina, non quam Servator pretio-
 sissimo cruore rigavit, sed quam promisit
 ijs, qui violenter eam sint rapiuri. Doce
 me saluberrimam hanc vim inferre pri-
 mum mihi, & vitijs meis, dein cælo per-
 immobilem in bono perseverantiam.

S. BERNARDUS, ser. 6. in Ps. XL. Undiq;
 Heu mihi Domine Deus, quia undiq; bella,
 mihi bella, undique tela volant. Quo-

O O 5 cunque

*cunq̄ue me vertam, nulla usquam ſe-
curitas eſt: & quæ mulcent, & quæ
moleſtant, timeo. Et eſuries & refe-
ctio: & ſomnus & vigilia; & labor
& requies militant contra me.*



17. Octobris. 16. Cal. Novemb.

Obijt
anno
1165.

*Multa
doctiſſi-
mè ſcri-
bit.*

Obijt
anno
1636.

S. GILBERTE, primùm Abbas
S. Urfi-Campi, dein Ciftercii, & Ca-
put totius Ordinis VIII. Ad hunc api-
cem conſcendiſti ſuffragante eruditio-
ne, quæ tibi etiam Magni cognomen
peperit. Teſtes hodièq; ſuperſunt par-
tus ingenii tui, quos tum ſoluta tum li-
gata oratione in publicam lucem emi-
liſti. Increvit celebre cognomen ex
numeroſo prodigiorum catalogo, quæ
tumbam tuam exornarunt. *Scientia-
rum omnium pretioſiſſima eſt, ut ſolo na-
tura lumine veteres agnoverunt, nõſſe ſe
ipſum. Quàm longè aliter viverem, ſi eſ-
ſem hujus ſcientiæ peritus!*

B. CHRYSOSTOME à Concep-
tione, Vallis Eccleſiarum in Hispania
Monache; qui ex Aliobacia illuc ad
exponendas publicè Sacras Literas ac-
ceſſiſti, doctrinam ita pietati conjun-
xiſti, ut in utraque ſupra cæteros emi-
neres. Conſuetas penſi diurni preces
tanta